



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui contentiones & rixas amauerint. Ixii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui in lingua lasciuu fuerint. Cap. LVI.

Ex pœnitentiâ Theodo. **S**I quis lasciuus in lingua fuerit, triduana pœnitentia pœietur.

De illis qui per odium dissidentes extiterint. Caput LVII.

Ex dictis S. Isidor. **S**I quis discors & litigans, & per odium dissidens extiterit, quousque ad concordiam redeat, à conuentu & societate Ecclesiæ, vt canones iubent, alienus existat.

De illo qui odio habet aliquem, & ad pacem reuertî noluerit. Cap. LVIII.

Ex eodē. **S**I quis odio habet aliquem ita vt ad pacem reuertî noluisset, sicut sancti patres statuerunt, excommunicetur & ab Ecclesia separetur, donec reconcilietur.

De eadem re. Cap. LIX.

Ex decret. Fabiani pap. ca. 3. **S**I quis contristatus noluerit reconciliari satisfactione, deo qui contristauit, acerrimis maceretur inediis, dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

De eadem re. Cap. LX.

Ex eodē. **S**I quis non vult recõciliari fratri suo quem odio habet, tamdiu in pane & aqua pœniteat, vsq; dũ recõciliatus fuerit.

De eadem re. Cap. LXI.

Ex cõcil. Agatēsi cap. 7. **P**lacuit etiam, vt sicut plerunque fit, vt quicumque a longinqua inter se lite discesserunt, & ad pacem reuocari diuturna intentione nequuerint, de Ecclesiæ cõmuni iustissima excommunicatione pellantur.

De illis qui contentiones & rixas amauerint. Caput LXII.

Ex eodē. cap. 5. **S**I quis contentiones vel rixas amauerit, vel manifestum conuitium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris, dumque peccati, diuturna expietur pœnitentia.

De illis qui faciles sunt ad detrahendum. Caput LXIII.

Ex eodē. cap. 10. **S**I quis promptus facilisque est ad detrahendum, dicitur que quod verum non est, VII. dies in pane & aqua ieiunatus à fraterno consortio, pœniteat.

De illis qui contra episcopos suos conspirauerint. Caput LXIII.

Ex epist. Calist. pa. ad oēs Gallie episcopos. **C**onspirationum verò crimina vestris in partibus cõgere audiuius, & plebes contra episcopos suos conspirare nobis mandatum est. Cuius criminis astutia